

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

Tab. XXII. quod commissa in olivetis Tunetanis pugna, miles siti pressus, infecuta nocte, reperto fonte, aqua sit refocillatus.

De expeditione hac Tunetana consulendi sunt scriptores a

PFEFFINGERO (a) citati.

Sed aberrat hic denuo LUCKIUS, cum Tunetanæ urbis, & arcis *Guletae* expugnationem in annum 1539. refert; primam enim expeditionem suscepit CAROLUS anno 1535. dum mense Aprili, cum numero ex exercitu in Africam traiecit, & egit feliciter: novam deinde, sed infelici successu contra Algerienses adorsus est, anno demum 1541. (b). *M. Imp. ar. cuf. pond. 1. unc. drach. 2. LUCK. pag. 84.*

XXXI.

Numisma hoc eiusdem cum præcedente, argumenti est, sed typus minus elegans, & in aversa non satis bene expressa est lagena, quam miles tenet.

Cæterum titulus seu cognomen *Africanus*, quod præcedentes duo, & sequens nummus iconicus præfert, iure sibi promeruit Cæsar, atque in eo *Publpii Cornelii Scipionis*, qui ANNIBALEM vicit, exemplum fecutus est. *M. Imp. ar. pond. semi-unc. 2. drach.*

XXXII.

Præsens numisma, quod aversa destituitur, ab adversis præcedentium duorum partibus, forma solum, quæ ad ovatam proprius accedit, differt; illud ve-

TOM. II. P. I.

(a) VITRIAR. Illust. I. I. tit. V. p. 729. ad an. 1531. & 1541.

ro huc pertinere, ac in memori- CARO-
am Tunetanæ expeditionis pro- LUS V.
diisse, titulus eloquitur. *M. ROM.
S. B. a. deaur.* IMP. ET
REX HI-
SPANIAE.

XXXIII.

*IMP. erator CAES. ar CARO-
LVS. v. AVG. uſtus.* Protome
Cæsaris, fere ut num. xxx.

Manus dextra, ex nubibus porrecta: supra monogramma quasi ex duplicata littera M conflatum, quod *Mediolanum* significat. Infra illud, æra Christi 1536. & in ambitu perigraphæ: *MANVS. DOMINI. PROTE-
GAT. ME.*

Numisma hoc cusum in memoriam factæ expeditionis contra FRANCISCUM Galliæ Regem, Ducatum Mediolanensem, mortuo SFORTIA, denuo affectantem (c). Reliquos nummos & monetas, imperante CAROLO V. *Mediolani* signatas, infra post monetas Neapolitanas proferemus. *M. Imp. ar. sesqui-
unc. 2. drach.* LUCK. p. 87.

c

XXXIV.

*CAROLVS. V. IMPERATOR.
ROMANORVM. SEMPER. AVGV-
STVS. 1537.* Effigies CAROLI pectore tenus efformata. Facies barbata, intuentum oculis tota obiicitur, dextra tamen gena magis prominente. Caput brevi capillatio instructum, & pileo tectum est. Humeros palla, opere phrygio picta, operit, cuius ora late reducta pari arte distinguitur: pectus vero aurei velleris torques ornat. Duo numeri Arabici, in

L 2

æra

(b) Apud SCHARD. T. H. rer. Germ. p. 365.
(c) Vid. SLEIDAN. lib. IX. p. 283. seq.

CARO- æra Christi, secundus & tertius
LUS V. inversi sunt.

ROM. IMP. ET [†] AQVILA. ELECTA. IVSTE.
REX HI- OMNIA. VINCIT. MD XXXVII.

SPANIE. Inter duas Herculis columnas,
minori effictas forma, Imperiale
scutum, Cæsarea corona redi-
mitum, & aurei torque velleris
cinctum præfert.

Epigraphe vero vetus est ex-
positio symboli *Fridericiani*, qui
quinque vocales litteras pro lem-
mate habuit. De his multa
commentatus est LAMBECIUS
a (a), pluraque addit KOEHLER-
b RUS (b). Alium subinde eius-
dem commatis, sed minoris
moduli nummum subministrant
recens aperta *Grossorum scrinia*
c (c), quem nos supplevimus
Tab. XLIX. n. 32. Utraque
eius pagina hæc est: CAROLVS.
ROOMANORVV. INPERAT.or. Sue-
ta Cæsaris effigies, capite coo-
perto.

AQVILA. E LECTA. IVSTE.
OIA (*omnia*) VINC.it. Aquila
biceps Imperialis. M. Imp. ar.
pond. 3. drach. G. C.

XXXV.

CAROLVS. V. D. ei G. ratia
ROMANORVM. IMP. erator SEM-
PER. AVG. *ustus* REX. HISPA-
Niarum ANNO. 1537. ÆTATIS.
37. Protome Cæsaris eodem
fere, ut in præcedenti nummo,
habitu. Caput tamen sinistror-
sum magis reclinatur, dextra-
que sceptrum tenet Imperator,
fin. globum Imperii, cruce in-
structum.

In postica parte aquila biceps

(a) Diar. S. init. cell. p. 16.

(b) M. B. L. P. III. p. 169.

(c) Suplement. I. p. 104. T. IX n. 104.

(d) Vid. Oliv. VREDII Sigilla Com.

Imperialis coronata, inter duas ^{tab. xxii.}
Herculis columnas, adscripto
lemmate: PLVS VLTRA, clype-
um sustinet, torque aurei velleris
cinctum, cui impressa sunt reg-
norum & provinciarum insignia,
quibus CAROLUS ut plurimum
in Belgio usus est (d), a nobis
alias exposita.

Dum Cæsar prædicto anno
in provincia Gallica ageret,
HENRICUS Comes Nassaviae,
maximis copiis, mandato Cæ-
saris conscriptis, Gallum ex
Belgio adortus est, tantum vero
terroris ex hoc Nassaviano exer-
citu iniectum erat Gallo, ut Pa-
risiorum urbem fossis & propug-
naculis, qua Belgium spectaret,
muniri curaverit (e).

Verum numisma ea occasione,
quamvis eundem annum præfe-
rat, cusum fuisse haud dixerim.
Illud dumtaxat honorarium esse
puto. M. Imp. ar. pond. 2.
unc. 2. drach. & M. S. B. e-
iusd. pond. & metalli.

XXXVI. & XXXVII.

CAROLVS. V. ROM. *anorum*
IMP. erator. Protome Cæsaris
armata, capite coronato & ad
lævam converso.

In aversa figura muliebris
stans, dextra cornu - copiæ
tenet, fin. acervum scutorum
incendit. In ambitu legitur pe-
rigraphe ex Psal. cx. 2. de-
sumpta: MAGNA. OPERA.
DOMINI.

Alter in hoc ab eo tantum dif-
fert, quod minoris aliquanto sit
moduli, Cæsaris caput radiatum
exhi-

Fland. pag. 160.

(e) MAMERANUS ad h. a. apud SCHARD.

T. II. script. rer. Germ. p. 1843.

Tab. XXII. exhibeat, & pone illud sigla R, pro qua in LUCKII ectypo litera A legitur, observetur. Est etiam commutatio facis, nec non cornu - copiæ in manibus mulieris, scuta incendentis.

Similis prorsus typus reperitur inter nunimos TRAIANI Imperatoris, ubi adscripta vox PAX dubitare non sinit, quin figura illa muliebris scuta, vel, ut LUCKIUS existimat, scuta & libros incendens, *Pacis* symbolum sustineat. Quare & horum nummorum inventorem, cui ille antiquus TRAIANI nummus facem haud dubie prætulerit, his typis *pacem* spectasse, necesse est; cum contra valde in ambiguo sit, ad quosnam pacis tractatus referendi sint; quippe cum nota temporis deſtituantur. Verum consideratis effigiei lineamentis, quæ CAROLUM eo oris habitu ſiftunt, qualem ab anno ætatis 42. ad 45. ut ex nummis eius, æra Christi notatis, ac num. XL. & XLII. depictis, videre eſt: haud forte multum aberrabimus, ſi utrumque ad annum 1544. quo *pax Creſpiacensis* CAROLUM inter & FRANCISCUM I. constituta eſt,

a (a) reponamus: niſi quis alterum ad Indicias Nicæenses, quod per me licet, referat.

b Laudatus quidem Auctor (b) eosdem hos nummos ad annum 1540. reponit, quo Gandavenses, res novas moliētes, in ordinem redigit CAROLUS. Verum cum illud negotium quaſi privatum dumtaxat fuerit, hoc autem publi-

(a) Vid. STRUV. in lib. ſæpe laudato p. 1035.

cum: atque illic non tam de pa- CARO- ce restituenda, quam de fonti- LUS V. bus, suppicio addicendis, actum ROM. fuerit: non video quomodo IMP. ET REX HI- hic typus ad eius rei memoriam SPANIAE. conservandam adhiberi potuerit. Omitto reliqua.

Cæterum ob hanc ipsam LUCKII interpretationem, cui antequam chalcographus hanc tabulam absolveret, adhæreri posse videbatur; in cauſa eſt, cur hæc biga nummorum paulo extra ordinem collocata fu- erit. Prior ex LUCKIO loc. cit. Posterior ex M. Imp. au- pond. i. ducat.

XXXVIII.

CAROLUS V. ROM. anorum IMP. erator AVG. uſtus IHSP. ania- rum REX. CATHOL. icus DVX. AVST. ria DTC, quod et cetera legendum videtur.

QVOD IN CELIS SOL HOC IN TERRA CÆSAR EST. M. DXLI. Columnæ Herculis in mari ſitæ, cum lemmate: PLVS VLTRA.

Eadem numismatis huius pars adverſa, aversa omiſſa, reperitur in tabulis HERÆI, ſed utramque in uno nummo cuſo coniunctam inveni in gazis Aulæ Vindobonensis ex ære. Eiusdem ectypa edidit quoque LUCKIUS, ſed variante nonnihil typo mo- netario, uti ex ſequenti ſche- mate patescit. Contendit qui- dem laudatus Auctor, numisma hoc paulo ante ſecundam Cæ- faris in Africam expeditionem percutsum fuiffe, quæ hoc ipſo anno, infelici quidem ſuccellu, peracta eſt. Sed non video,

L 3 qua-
(b) p. 96.

CAROLUS V. qualem magnificentissimus iste
ROM. Cæsari attributus titulus, rela-
TIONEM HABERE POSSIT, AD APPA-
TIONEM BELLICÆ EXPEDITIONIS? Re-
SPONSAE. spicitur potius hac ipsa nummi
 perigraphe ad officium Cæsaris,
 quod cum solis munere, in compa-
 rationem recte venire potest.
 Apposite in hanc rem **PANDUL-**
PHUS COLLENUTIUS, HERCULIS
 Ferrarensium Ducis Legatus,
 in oratione ad **MAXIMILIANUM**
I. CAROLI prædecessorem, ha-
 bita (a), ubi sic loquitur:
 „ Quidam altius ac verius co-
 gitantes, idem esse *Imperatoris*
 „ *opus*, dixerunt: *quod solis in*
 „ *mundo*, unde rerum omnium
 „ motus ac vita, unde operum
 „ omnium initia, progressus
 „ finesque derivantur. “

Recurrit quidem hæc ipsa
 inscriptio in nummo, qui ho-
 nori Cæsaris anno 1548. per-
 cussus fuit, cum insignem de
 Protestantibus victoriam refer-
 ret, sed cur, quæres, illa in
 hoc typo anni 1541. occurrat?
 si coniecturæ locus datur, pu-
 taverim, numisma hoc, nisi
 in signanda æra a sculptore
 erratum sit, forte iussu **GRAN-**
VELLANI, Oratoris Cæfarei, qui
 illa ætate *Vormatiae & Ratisbone*
 in materia religionis habitis,
 b intererat (b), signatum fuisse;
 ut eiusmodi titulorum ostenta-
 tione, supremam Cæsaris aucto-
 ritatem maiestatemque publico
 monumento amplius manifesta-
 ret, ac testatam redderet. *M.*
Imp. ar. fus. pond. dimid. unc.
3. drach.

(a) Apud FREHER. script. rer. Germ. T.
 II. p. 477.

XXXIX.

Tab. XXII

Idem plane cum priore num-
 mus, nisi quod hic in adversa
 pectus Cæsaris veste, Phrygio
 opere ornata, opertum sit, &
 in epigraphe post verba: **DVX**
AUSTRIA, litteris minusculis ad-
 ditum sit etc. id est *et cetera*,
 quo supra a nobis data expositio
 firmatur: in aversæ vero um-
 bonis parte, lemma: **PLVS**
VLTRA, hic desideretur.

Ad hunc nummum **LUCKIUS**,
 infra citandus (c) symbolum
 Cæsaris hisce verbis exponit:
 „ ultra *Herculis* columnas non
 „ esse, quo ulterius progrediare,
 „ sermone adeo crebro usurpa-
 „ tum fuit, ut in proverbium
 „ etiam abierit: fixisse *Co-*
 „ *lumnas* has in finibus Hispa-
 „ nicis. Tum fingitur Hercules,
 „ cum boves *Geryonis* investi-
 „ garet: tanquam illic suprema
 „ orbis esset meta: neque ac-
 „ cessus ad ullam terræ plagam
 „ daretur ulterior. Jure igitur
 „ meritoque symbolum hoc u-
 „ surpat Imperator, nunquam
 „ satis laudatus; utpote qui
 „ plus terræ ultra terminos illos
 „ *Herculeos*, non aperuit modo,
 „ sed etiam occupavit. “ Vide
 de his plura apud Cl. KOEHLER-
 RUM. m. b. l. P. XIX. in *Præf.*
 §. VI. Luck.

XL.

Protome Cæsaris, fere ut num.
 xxxviii. Inferius legitur mi-
 noribus litteris: **LVDNEHA**, quod
 forte nomen est artificis *Ludovi-*
ci Neha, qui numnum fabricavit.

In

(b) Conf. HORTLEDER I. I. c. 36. p. 277.
 (c) Syll. numm. p. 98,